Quaestio Quodlibetaria agit.da In Scho. Medic. die Jovis 10a Januar.

M. Petro Giroust Moderatore.

An cuique facultati suus Spiritus?

Partium animas prima naturalis facultas cuius robur in Elementorum commoderatione, et instrumentorum decenti compositione consistit, si bene habet nunquam plane otiatur. perpetuo attrahit convenientem alimentum, retinet, coquit, aliena expellit, apponit, agglutinat, auget. Et nobis congenita ex perpetua triplicis substantiae dissipatione, et elementorum proveniente moriendi necessitatem aliquatenus emendat, siquidem nimis vel Catarrhorum divinum lapsus, vel hydropes dysenteria et eiusdem generis alia symptomata, quas elementorum varietas detegit, consequuntur.

Naturali vero spiritu adiuta vis illa nutriens, quas est vitae totius comes, et conservatrix, quasi iure naturalis principatus vindex facultatis ipsius toti corpori alendo sanguinem ex chylo cuius ventriculi opere, in hepate, unde prodit, copiose perducit: quem 4 humores continentem per venas, quarum vena porta est origo veluti per tubos iustissime distribuit, spiritu post connato, qui sedes sua quadruplici dolatum. hic vaporis propositae speciem generis cum per cavam ad cordis sedem ascenderit cum sanguine, non ita multo post in vitalem spiritum transmittatur.

Virtus a corde manans, foecundiore provenientem ex sinistro eius sinu vitalem spiritum per arterias sanguinem etiam continentes in universum corpus derivat quem per perpetuum consensum naturae systoles et diastoles interveniente 2.ri quidem distinctas est machinata: hac quidem aere attracto calorem nativum refrigerat, quo promptius, quod sanguinis vapore spiritum fovet, et reficit: systole velut deusta fuliginem expellit. toto denique pulsu certissimo suatu affectionum iudice, insitum calorem retinet, et spiritum generat conatur animalem.

Sed et vis pulsifica a spiritu suo influente, vitam vescitati largitur, sic quasi in cerebro principe anima sedem habet, demisso per nervos velut alterius spiritus sensum et motum cunctis partibus tribuat. hinc illo spiritum spiritus et vitali elaboratione genitus, et in cerebri ventriculis magis perfectus ad singulas actiones obsequitur; eo etiam tanquam primario instrumento principes actiones, atque voluntarias perficit, et sensu quintuplici propria obiecta perdiscernit.

Virium porro essentia etsi in solidis extrinsecus, parentis seminis simul et inchoatis, et fortasse perfectis corporibus vel maxime sita esse videatur, ipsas tamen spiritus loqui imprimis ex eo cognoscitur, quod alias spiritu dissipato, alias alterato, aliquando utraque, perdisse, ut quosdam deficiente animo, tum viribus resolutis contingit nonnullos etiam mori syncope huic cuisi vim esse maturo occurrentes. inde merito inculpata spirituum substantia similitudo est conservanda, labefactata contrariorum esse restituenda si triplex facultas, et hinc vita omnio retinenda sit.

Ergo Cuique facultati suus spiritus.

Ponebat Egidius Girard Carnotensis. 1585.

Dni Doct. disputaturi.

M. Guillelmus Lusson. M. Joannes Riolan. M. Augustinus Frondebeuf.
M. Egidius Heron. M. Joannes Hautin. M. Claudius Rousselet.
M. Joannes Beauchesne. M. Sulpitius Rigault. M. Stephanus Gourmelen.

BIBLIOTHEQUE